UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um] Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise Ordinis Minor[um] de obseruantia ...

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Secunda est [con]templatio admira[n]de humilitatis. quia caro factum est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Visual Library

eſſe ſentiebat: ſed ⁊ filium dei.

¶ Sequitur ſecunda contemplatio de admirãda hũilitate

Secunda eſt contemplatio admirande humilitatis. Ubi cõtẽplari debemus ꝓfundiſſimã humilitatem chriſti domini naſcentis. Poteſt autem maxime apparere huiuſmodi humilitas per tres conſiderationes.

¶ Prima eſt conſideratio temporalis.
¶ Secunda eſt conſideratio localis.
¶ Tertia eſt conſideratio modalis.

Prima eſt cõſideratio tẽporalis.

quia videlicꝫ frigidiſſimo tẽpore ſcꝫ hyberno ⁊ nocturno ⁊ eo tunc quando longiſſima erat nox: et in frigidiſſima noctis hora: quando ſcꝫ ſol eſt maxime elongatus a nobis ſcilicꝫ media nocte naſci. et ſic iam incepit pati pro nobis. Sap. xviij. vel. xix. Dum medium ſilentium tenerent omnia: et nox in ſuo curſu mediũ iter ageret/ omnipotens ſermo tuus a regalibus ſedibus venit. Bernardus. Naſcit dei filius in cuius arbitrio erat quodcũqꝫ vellet eligere tempus. elegit quod moleſtius eſt pſertim paruulo ⁊ pauperis matris filio que vix pannos haberet ad inuoluendum. Hec ille. In hac etiam conſideratione temporali hoc conſiderandũ eſt ꝙ tẽpore pacis naſci voluit: quod et eius humilitati atteſtatur. Hoc eñ factum eſt vt per hoc innueret quia ipſe princeps pacis pacem ⁊ humilitatẽ diligens. Ps. Orietur in diebus eius iuſticia et abundantia pacis. Legitur eñ in hiſtoria ſcholaſtica ꝙ Octauianus ꝗdragintaduobus annis regnauit: et in duodecimo anno ante mortem ſuam fecit tantam pacem in omnibus regionibus romano imperio ſubiectis ꝙ ad litteram videtur tunc impletum fuiſſe quod dicitur Eſa. ij. Conflabunt gladios ſuos in vomeres ⁊ lanceas ſuas in falces Et ibidem. Non leuabit gens contra gentem gladium. Unde Beda ait. Naſciturus in carne dei filius ſicut de virgine natus virginitatis dec⁹ oſtendit ſibi eſſe gratiſſimũ: ſic pacatiſſimo ſeculi tempore conſecrat. quia pacem querere docuit: ⁊ pacis ſectatores per gratiam ſuam inuiſere dignatur.

Secunda eſt localis conſideratio.

Ubi primo conſiderandum eſt quia in via naſci voluit: vt oſtẽderet ꝗa vita preſens non niſi quedam via eſt. Pſal. Aduena et pegrinus ſum apd te. Hebre. vlt. Non habemus hic ciuitatem manentẽ ſed futuram inquirimus. O quanta eorꝫ fatuitas qui cum tanta ſollicitudine materiales domos ſup terram edificant: de illa celeſti domo ⁊ manſione perpetua parum ſolliciti. Item quia naſci voluit in ciuitate paruula. ſ. in bethleem: quod ad ei⁹ humilitatem pertinet. Leo papa ſermone de epiphañ. Chriſtus qui ſerui formã ſuſceperat: bethleem pelegit natiuitati: hieroſolymam paſſioni. Item conſiderandum quia naſci voluit in pſepio ſiue in ſpelũca. Bernar. Uide qualiter pro te nat⁹ eſt celorum rex: vbi aula regia: vbi throni ſublimitas/ pſepe eſt. Et Hieroñ. ad marcellam. Quo ſermone: qua voce ſpelũcam tibi ſaluatoris exponam: et illud preſepe in quo infantulus vagijt: quod ſilentio magis intimo ꝙ ſermone honorandum eſt. Idem. Ecce in hoc paruo terre foramine celorum cõditor natus eſt. hic inuolutus pannis: hic demõſtratus a ſtella: hic adoratus a magis. Idem ad Euſtochiũ. Ille cuius pugillo mundus concluditur/ preſepe continetur anguſto. Hec ille. In hoc igitur arguitur ſuperbia mundanorum qui de edificiorum magnificentia gloriantur.

Tertia eſt cõſideratio modalis.

Ubi conſiderare debemus moduꝫ ſub quo pro nobis natus eſt filius dei. ꝗa videlicꝫ in forma ſerui paruuli pauperrimi. In forma inquam ſerui. Phil. ij. Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. In forma paruuli. Eſa. ix. Paruulus datus eſt nobis. In forma pauperrimi. quia reclinatus fuit ſuper fenum in preſepio ⁊ pannis. ſ. vilibus inuolutus. Et ſicut dicit Hieroñ. aduerſus eluidiũ. Nulla omnino obſtetrix: nulla mulierum ſedulitas interceſſit. Ipſa virgo pannis inuoluit infantem: ipſa ſola mater et obſtetrix fuit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hec ille. Vere ꝙ potuit dñs dicere illud Pſ. Paup ſum ego ⁊ in laboribꝫ a iuuētute mea. Hic ꝙ damnauit huiꝰ mūdi honores ⁊ pōpe ⁊ vanitates. Itē delitie ⁊ mollicies ac carnis delectatōes Inſup diuitie abūdātie ac ſupfluitates. Anſ. O amāda ⁊ āmirandū dignatio. deꝰ imenſe glie vermis contēptibilis fieri nō deſpexiſti. Deꝰ oim conſeruus apparere voluiſti. Parum tibi viſum eſt patē nobis eē ⁊ frater nr̄ eē dignatus es. Et tu dñe vniuerſoꝝ ꝗ nullā habes indigentiā inter ipa natiuitatis tue initia nō horruiſti abiectiſſime paupꝉtatꝫ deguſtare incōmoda. Conſolamini cōſolamini ꝗ in ſordibꝫ paupꝉtatis enutrimini qꝛ vobiſcū eſt deus in paupꝉtate. Nō cubat in delitijs ſplendidi cubilis: nec inuēnit in terra ſuauiter viuentiū. Quid igitur gliaris: o diues res lutea in volutabro lecti picti ⁊ delicati: cū rex regū ſuo recubitu ſtramenta pauperum honeſtare maluerit: Quid dura ſtrata deteſtaris cū tener infantulus in cuius manu ſunt oia regna tuis ſericis: plumeis lectis: duras iumentoꝝ ſtipulas p̄elegerit: Hec ille. O quid erat videre filium dei inuolutū pannis lachrymantē: p frigore rabeſcentē. Nam licꝫ nox ⁊ hyems eſſet: nulla tñ fit mentio de igne. O humani cordis duricia cur nō mollīris: cur non flecteris: cur non moueris ad paupꝉtatē ſaluatoris oim contemplandā: Sunt nempe mentes hūane gelate ⁊ ferro duriores ꝗ chrm paruulū non audiunt clamātē ⁊ dicentē. Peccata deponite: peccata deponite/ qꝛ ꝓpter peccata incipio peꝛgrinari ad mortē. Sed quid tu faciebas o virgo piiſſima qñ tu videbas in aſſumpta carne creatorē oim in tā ignobili loco natum: Certe flebāt oculi tui ꝗ tanto magꝭ eras pietate deuicta quāto certior eras de altitudine ſecreti. O mirāda prorſus chriſti humilitas ꝑ quam iuſte confundit hūana ſuperbia. Sed vt euidentius ɔtemplari valeas humilitatē dñi: conſidera ſeptē gradus quibus ad nos deſcendere dignatus eſt vt nos in celeſtia ſublimaret. ❡ Primus eſt quia deſcendit a patria in exilium ſ. huius mundi Ioan. xvj. Exiui a patre ⁊ veni in mundū. Bern. O ineſtimabilis dilectio charitatis ꝙ in carceris huius horrorem deſcendit altitudo diuitatis. ❡ Secundus quia deſcendit de dominic. in ſeruitium. Matth. xx. Non venit miniſtrari ſed miniſtrare. Et Phil. ij. Formā ſerui accipiens. Idcirco bene debemus ſibi ſeruire. Eſa. lx. Gens ⁊ regnum qđ non ſeruierit tibi peribit. ❡ Tertius de diuitijs i paupertatē. ij. Cor. viij. Scitis grām dñi noſtri ieſu chriſti qm̄ cum diues eſſet pro vobis egenus eſſe voluit vt illius inopia diuites eſſetis. Bern. Pauper natus: paup vixit: paup obijt. Matth. viij. Vulpes foueas habent ⁊ volucres celi nidos: filius aūt hominis non habet vbi caput ſuū reclinet. Unde in preſepio natus eſt int animalia. Cirillus. Repperit hominē factuꝫ beſtialem in anima: ⁊ ideo in preſepio loco pabuli ponit vt vitam beſtialē mutantes ad conſonā homini ꝑducamur ſcientiam. pertingentes non fenū ſed panē celeſtem vite corpus. ❡ Quartus gradus eſt de potentia in infirmitatē. Leo papa ſer. de natiuitate dñi. Suſcipit a maieſtate infirmitas. Eſa. liij. Vere languores noſtros ipe tulit ⁊c. Et hoc vtiqꝫ incepit ab ipa ſui natiuitate. ❡ Quintus de pulcritudine i deformitatē. Sicut eñ teſtat Pſ. Fuit ſpecioſus forma pre filijs hoim. ſed conſputus in facie ⁊ deturpatus eſt. Eſa. liij. Nō eſt ei ſpecies neqꝫ decor. ❡ Sextus de gloria in ignominiā. De gloria eius dr̄ Io. j. Vidimꝰ gloriam eius quaſi vnigeniti a pře. Ignominia āt ptꝫ qꝛ irriſus ē verbis ⁊ factꝭ. Eſa. liij. Conſiderauimus eū nouiſſimū viroꝝ ⁊c. qđ et verificatum eſt ab ipa ſui natiuitate in qua ſup fenum poſit eſt in preſepio ⁊ inter bruta animalia. quis enim vnqꝫ adeo pauper ⁊ vilis quem audieritis tam humiliter ⁊ in loco tante abiectionis natum. ❡ Septimus eſt de leticia in triſticiā Matt. xxvj. Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortē. Hanc aūt mortē ſemper in corde habuit etiam a conceptiōe ſua qꝛ eccturā preuidit ⁊ acceptauit mortē acerbiſſimā ſe ꝑ nobis paſſurū. O quantū cōfundi debent ſuperbi diuine maieſtatꝭ humilitatē conſiderantes. Bern. Incolatearalis impudentie res eſt vt vbi ſe exinanuit maieſtas infletur vermiculus vilis et intumeſcat.

❡ Sequit tertia contemplatio vicꝫ de deſideranda vtilitate